

proximo et fui eius scutifer, qui utebar¹ et morabatur cum eo comite Enrico, et ego cum eo similiter in eius curia. Et scio, quod videbam, quod omnes homines de comitatu Garde distringebant se sub illo comite Enrico et omnes locos², qui erant de districtu Garde, et nominatim Gebetum, distringebant se sub eo per comitatum Garde, et stabat sub eo sicuti alie terre de Gardesana³, que sunt de curia Garde et que distringunt se sub Garda. Et ibat ipse comes Enricus per illa sua loca, que erant de districtu Garde, tenendo placitum generale, ut multociens vidi; et ivi cum eo et Gebeto similiter multas vices ivi cum eo, quia erat de illo districto, et ita distringebant⁴ se sub Garda Gebetum, ut alie terre, que sunt de eius districtu, se distringunt⁴. Et vidi multotiens fodrum a Gebeto Garde portari, scilicet anonam et frumentum et carnem. Et multas vices ibi in Gebeto vidi placitum generale ipsum comitem tenentem et eum comitem recipi a comune et pro comune Gebiti, [et]⁵ pastum et receptum pro comuni illi comiti fieri vidi pro sua iurisdictione⁴, ut ipsi de Gebito dicebant et ut audiebam ab eis dicentem⁴, se pro comuni facere hoc. Et vidi totam illam terram de Gebeto albergari ab eo comite et [eius m]ilitibus; et ipse comes ibi per tres dies placitum generale tenebat; et omnes homines illius terre Gebiti videbam custodire placitum illud et distringentes se ad illud placitum et ipsum comitem. Et scio, quod auditum [habeo] a meis antecessoribus, et visum habeo, quod omnes habitantes in Gebito distringunt⁴ se ad illud placitum generale ante potestatem et distringere⁴ debent, nisi aliquis haberet vel cognosceret per feudum a cu[ria Garde⁶], et ita auditum habeo a meis maioribus et veterioribus dici. Et scio, quod visum habeo ipsum comitem facientem pignorari de hominibus illius terre Gebiti, qui nolebant venire antea et stare precepto curie, et egomet fui ad pignorandum de eis hominibus et pignoravi de eis de Gebito pro potestate. Et vidi comunia, que erat capta et impedita per villam Gebiti, expediri pro ipso comite. Et audiui dici ab illo meo domno, cuius scutifer eram,

1) Lies: *utebatur*.2) Lies: *loci*.

3) Vgl. S. 584, Anm. 3.

4) Sic! 5) Hier und ferner sind die eingeklammerten Worte oder Buchstaben abgeschabt.

6) Gegen die Richtigkeit der Ergänzung bleiben mir Zweifel.